Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26460
Copyright: Admont, Benediktinerstift

sub iecerat. et ętiam magis quam presentia cogi
tare disposuerat. cum esset annorum circiter qua
tuor vel quinque; deo se servitio subiugare stu
duit. multoque nisus conamine de monaste
riali iugiter vita insudare. et ad eam nisus
cottidie nisibus anhelare. Cum vero aliqui sicut
in illis regionibus moris est presbiteri sive clerici
populares sive laici predicandi causa adissent.
et ad villam domumque prefati patris familias ve
nissent. mox quantum possibilitatis ei pusil
lanimitas in infantia sua prevaluit. ceperat
cum eis de celestibus loquendo tractare. et quid
sibi suęque infirmitati in futurum proficeret in
terrogare. Cumque ita diu de celestibus divina
nisus meditatione cogitaret. ac totum se in
futurum extenderet. ad superna erigeret.
patri etiam demum hec que animo gerebat
revelavit. et ut sue consuleret voluntati ro
gavit. Quo comperto. obstupefactus pater magna
cum increpationis instantia. partim minis
ne se desereret prohibuit. partim etiam blan